ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 39v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



reuocat. per hoc uero qd requirit a pte insinuat. Quia
peccatores iure dānandos nō ignorat; Et ideo illū increpando ammonere uoluit. ut adtenderet ubi esset et unde cecidisset. Ait enī ubi es. Ac si a pte diceret. Uide
a quanta dignitate. ad qd malū corruisti. Increpauit ergo adam dn̄s deambulans ut dictū est. ut caecis
mētib; nequitiā suā nō clausis sermonib; sed etiam reb;
aperiret. quatenus peccator homo uerbis malū
qd gesserat audiret. Et p ambulationē. ammisso aeternitatis statu mutabilitatis suae Inconstantiā cerneret. et p aurā feruore caritatis expulso. torporem
suū animaduerteret. et p declinationē solis. qd ad tenebras appropinquaret agnosceret. Sed notandū est
quia si prius cū illis loquebat fortassis sic angelis.
Nunc iam p subiectā creaturā apparuisse eis credendū est. neq; enī adā post culpā dm̄ in substantia diuinitatis uidere potuit. sed increpationis uerba p angelū audiuit. Sed sciendū est quia uocauit. sed nō
statim eiecit. Hic itaque figuraliter ostenditur. quia
quicūq; a fide uel bonis operibus ad mdatia sua et
desideria labitur nō debet desperare. Licet in mīsitate criminū sit oppressus. nō despicit ds peccatores
sed adhuc ut redeat p paenitentiā uocat. qui nō uult